



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui in episcopis præ am fecerint. cap. ii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

# D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACI.

ensis Episcopi, de Laicis, Decretorū

Liber XV.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Laicis omnis conditionis tractatio instituitur, tam de iis qui praesunt, ut Imperatoribus, regibus, principibus, quam his qui horum imperio subiecti sunt.

*Episcopi cum impositam à Deo sibi curam in populis habeant, pauperum oppressores non ferant.* Cap. I.

*Ex cōcil.  
Toletan.  
5. ca. 32.*

**E**piscope in protegendis populis ac defendendis, impositam à deo sibi curam non ambigant. Ideoque dum conspiciunt iudices, ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendare, anathematizentur.

*De illis qui in episcopis praedam fecerint.* Cap. II.

**V**T si quis quemlibet expoliauerit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

*Ex cōcil.  
Carthag.  
cap. 8.*

*Ut episcopi potestates admoneant, ut pauperes non opprimant.* Cap. III.

**V**T iudices aut potestates, qui pauperes opprimunt, commoniti à pontifice suo non emendauerint, excommunicentur.

*Ex cōcil.  
Aurelia.  
cap. 4.*

*De eadem re.* Cap. IIII.

**V**T episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas providere, regere, & gubernare, atque dispensare, secundum canonum auctoritatem. Volumus ut laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas Ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & ut obedientes sint ad eorum Christianitatem seruandam, & Episcopi

*Ex cōcil.  
Mogūti.  
cap. 8.*